s Scienter. nũquid iſta duo ſunt neceſſaria. i. ꝙ manifeſtet: ⁊ ꝙ ad ei⁹ dãnũ hoc faciat? Rñ. vtiq; q2 pene potius ſunt molliẽde ꝙ exaſperãde. ff. de pe. l. pe. ſi ergo credẽtiaꝫ dñi manifeſtauerit: al'as nõ dãnificãdi aĩo lꝫ dñs dãnificet: tñ nõ priuabit feudo. ſimiliter dic de liberto qui cõſpirationem fecit cũ inimicis dñi ſui: ſi non cõtra dñm conſpirauerit non reuocabitur in ſeruitutẽ. vt. ff. de offi. prefec. vi. l. j. §. cum patronus. licet videatur ar. cõtra in decretis. iij. qđ. v. accuſatoribus.

Pene legum ſunt molliẽde.

t Adulterauerint. illud intelligo qñ ſciẽter vaſallus cognouerit ipſaꝫ. q̃d eñ ſi in lectũ ſuũ ſua vxore abſente vaſallus dominam ſuaꝫ inuenerit: ⁊ ſic putãs vxorẽ ſuam eſſe eã cognouerit nũq̃d ꝓpter hoc feudo ꝑuabitur? certe nõ. vere eñ ipſe adulterium non cõmittit. vt in decretis. xxxiiij. q. ij. c. in lectũ. idẽ ĩtelligo ſi ꝯcubine ſe exercuerit. vt. ſ. quibus mo. feu. amit. §. iteꝫ ſi fidelis. ideꝫ dicit de eo qui ſacratiſſimas virgines ſolicitauerit. C. đ epi. ⁊ cle. ſi quis non dicam. ⁊ in auten. de ſan. epiſc. §. pe. col. ix.

Apud queꝫ vel quos controuer. ⁊c. ¶Al's non eſt hic aliquis titulus.

v Si contentio. Corã imperatore. Iſtud hodie corrigit: q2 hodie ĩter maiores ⁊ minores nulla eſt diſcretio. vt. ſ. de natu. feu. in fi. ſic ergo pares curtis cognoſcere poterunt ẽt inter capitaneos. ⁊ maxime hodie ꝑ ꝯſtõnẽ federici ĩperialẽ. §. ꝑterea ſi interim. Vel dicas q2 hic loqt qñ cõtrouerſia erat ĩter capitaneos de feudo qđ q̃libet eoꝝ dicebat ſe tenere ab ĩpatore ⁊ ab eo ſe eſſe inueſtitũ: vñ nõ eſt mirũ ſi ĩperator tanq̃ dñs doꝫ cognoſcere ĩter eos: ſed quod d' in predicta cõſtitutione federici imperialeꝫ. §. ꝑterea. ſ. ꝙ ſi controuerſia eſt de feudo inter duos vaſallos: ꝙ dñi eſt cognitio.

x Si aliquis. ſup hoc. ca. q̃dam exemplaria habẽt ti. talem. qualiter alienationes militum euacuari debeant: quo non vtimur.

Siue

UNIVERSIDAD DE HUELVA 2010

a ¶ Siue totū.iſtud itelligo qñ licite alienauit:⁊ ponit̃ h̃ vl'/correctiue qm̃ nō totū poterat alienari:aliogn ex ſola alienatiōe nō iſpecta morte hēdis ad dñm reuertit̃:vt.ſ.de feu.alie.i pn.expoſituz eſt.Uel ſi vis intelligere qñ alienauit ꝯ ꝓhibitionē:intelligas ꝙ ita de facto euenerat ⁊ erat ſolūmō dubitatio vtrum a bonefidei ēptore poſſet reuocari mala fide traditū.⁊ no. hic idē qd.ſ.quibus mo. feu.amit.§.rurſus.

b ¶ Sine herede.i.ſine filio maſculo.vt.ſ.de alie-na.feu.circa finem.

c ¶ Reuocari dz.Hic notandum eſt verbū neceſſitatis ꝓ poſſibilitate poni ⁊ pro cōſilio ſicut ⁊ alibi.vt.ff.de pig.creditor.⁊.C.ad ſe.fa.de pla.ſi fratrē.ſicut ecōtra verbū cōſilij ſepiſſime ponit̃ ꝓ neceſſitate.vt.C.de reſcin.vē.nō idcirco.⁊.ff.de admi.tu.tutores.§.ij.

Cōſilij verbū qñqꝫ ꝓ neceſſitate ponit̃.

¶ Cōſtitutiones feuda. dñi Lotharij ⁊c.

d SJ quis ex.Lotharij.hanc cōſtitutionē non memini me legiſſe:niſi fuerit illa q̃ ſic incipit.Imperialis beniuolētie ⁊c.Py.ego autē puto ꝙ iſta que ſequit̃ ſit illa q̃ ſic icipit:Si qs miles mortuus fuerit.et dz hēre ſubſcriptionē talez.Imperator Lotha.Euge.pape ⁊ vniuerſo populo.⁊ in qbuſdā ꝯſuetudinibus ita habet̃ ſupra ſcriptuz:⁊ itelligo ꝙ teneat hec conſtitutio vſqꝫ ad illud ca.ſi qs ſine filio maſculo.naz in predictis ca.oib⁹ q̃ ſunt vſqꝫ ad dictū.c.ſi qs ⁊c.loquuntur de bñficijs militum/⁊ de ſucceſſione/⁊ de culpis.ſi qs ea capitula recte iſpexerit:⁊ h̃ eſt de q̃ dz h̃ obſeruet̃ de bñficio ⁊ ſucceſſione ⁊ de culpis ⁊c.ad h̃ faciūt plura capl'a que ſic incipiunt:ſancim⁹ ⁊c.qd vbū notat eſſe.l.impatoris.illa eñ ꝯſtō impialis beniuolentie nō loq̃t niſi de vna culpa.ſcꝫ de alienatione feudi:ꝑ qd vr̃ ꝙ hic non loq̃t de illa ꝯſtōne:niſi forte diceres ꝙ illa ꝯſtō in fi.⁊ iſte que ſunt hic ſint vel debeāt eē tantum vna conſtitutio.

e ¶ Impa.lotharius.quidā nō habēt hāc ſubſcriptionē nec aliquā:puto tñ ꝙ ſatis poſſit admitti talis ſupraſcriptio:quia credo hanc fore illam cōſtitutionē de qua feci mentionē.ſ.ꝓxi.⁊ credo ꝙ duret hec cōſtitutio vſqꝫ ad illud ca.ſi qs ſine filio maſculo.lꝫ diſtincta per plura capitula.

ſiue totū[a] ſiue partez alienauerit ⁊ ipſe vel heres eius ſine herede[b] deceſſerit (quia beneficium ſenioribus aperitur) totuz quod fecit reuocari debet[c].

## ¶ Conſtitutiones feudales dñi lotharij impatoris quas ante ianuā beati petri in ciuitate romana condidit obſeruandas.

### Titulus.xix.

☞ Precipit imperator conſtitutionez editā ſuper beneficijs militūz ⁊ ſucceſſione ⁊ culpa cōſilio virorum prudentiuz ab omnibus obſeruari.Bal.

SJ quis ex militū ordine deceſſerit q de feudo inueſtitus fuerit:vt conſtitutū habemus obſeruet̃ de beneficio ⁊ ſucceſſiōe ⁊ de culpis ſi vnus inculpatus fuerit vna de his nominatis culpis vt habem⁹ inſertū obſeruet̃ per ꝯſtitutionē dñi lotharij[d] impatoris q̃ eſt conſtituta tēpore eugenij pape ante ianuam beatiſſimi petri apoſtoli in ciuitate romana per laudamētuz ſapientū papie atqꝫ Mediolani/mantue/verone que brenus al's hibern⁹ vocatur:⁊ parme luce ⁊ piſe ⁊ ſiponti:⁊ marchionum atqꝫ ducum vel capitaneorū atqꝫ valuaſorum maiorum.

☞ Decedente milite vaſallo ſuccedit ſibi filius ⁊ nepos ex eo ⁊ frater:qnimo ⁊ patruus ſi feudum ſit auitum.Bal.

Imperator Lotha[e].euge.pape:⁊ vniuerſo populo.

SJ qs miles mortuus fuerit ſine filio maſculo ⁊ nepotez reliquerit[f] in beneficio aui in patris vicem ſuccedit.⁊ ſi heredē et fratrem reliquit/in beneficio patris ipſe ſuccedit:⁊ ſi fili⁹ fratris mortu⁹ fuerit frater patris in beneficium aui defuncti ſuccedat.

## ¶ De beneficio fratris ⁊ qualiter frater in beneficio fratris ſuccedat[g]. Titu.xx.

☞ Frater fratri defūcto ſine filio nō ſuccedit i feudo nouo.fallit regula ſi tpe iueſtiture ꝑ pactū aliud ꝯuenit.Itē ſi de cōibus bonis eſt emptū.Itē ſi frater eſt iueſtitus vtriuſqꝫ dño ſciente.Item ſi frater acqſiuit in hoſtem regis.h.d.Bal.

SJ quis acquiſierit beneficiū:⁊ ſine filio maſculo mortu⁹ fuerit ⁊ fratrez reliquerit fratrem non ſuccedat fratri:ſed domin⁹ habeat:niſi per inueſtituram a domino ordinatum fuerit vt frater ſuccedat fratri ſi mortu⁹ fuerit ſine herede maſculo:vel ſuccedat frater fratri morienti ſine filio:vel niſi beneficium de communibus bonis fuerit emptum[h] vel vtriuſqꝫ nomine domino ſciēte[i] ſi inſimul ſteterit:vel in hoſtem regis acquiſierint.

## ¶ De feudo ſine culpa nō amittendo[k]. Titu.xxj.

Sancimus vt nemo miles[l] ſine cognita culpa beneficiū ſuū amittat:ſi ex culpis his vel cauſis conuictus non fuerit quas milites vſi ſunt nominare quando fidelitatem faciunt dominis ſuis:vel per laudamentum parium ſuorum:vel ſi dominis ſuis deſeruire noluerint:tunc condictio cauſa data proponitur ad repetēdum feudum ex quo non ſeruit domino.nam ſi ſteterit.xx.annis et vltra ꝙ non ſeruierit domino (niſi neceſſe fuerit domino) feudum non amittit†.

☞ Uaſallus feudo priuatur alienādo:cū vxore dñi ꝯcūbēdo:⁊ in pugna cū poſſet eū iuuare dimittendo.h.d.Bal.

SJ quis miles[m] beneficium ſuum vendiderit totuz ſine voluntate vel iuſſu[n] dñi ſui vt ꝓprium beneficiū amittat.decernimus:domin⁹ vero habeat:vel ſi

b SJ qs acqſierit.Emptū.ſi ergo feudum emit̃ ⁊ acqrit̃ precio:vt hic.⁊.ſ.de na.feu.ꝯtra.eſt euidēter.j.de feu.dato in vicez le.cōmiſſorie.vbi dr̃ ꝙ nō ſub ꝓtextu pecunie/ſed amore dñi feudū acqrit̃.Rñ.iſtud intelligo qñ a vaſallo emit̃ dño ſciēte.illud vo locū hꝫ qñ a dño emit̃:qd fieri ꝓhibet̃.Sed opponitur.j.ti.quēadmo.feu.ad ſiſ.ꝑti.c.ſi qs ſine filio.ex eo verbo:niſi a dño redemerit per qd innuitur ꝙ a dño emi valeat.Sol.illud intelligendū eſt qñ redimit ſine precio al's bene ſuiēdo dño:⁊ optime ſe habēdo erga dñm.⁊ ponit̃ ibi redimit extra ꝓpriā ſignificationē.ſi.lia ſtudioſus ingrat.hic autē notabis iſtud gñale.Licituz eſt ſine ꝑcio qd cū ꝑcio nō liceret.vt ar.ff.de infa.furti.⁊ arg.C.de predijs curi.l.fin.⁊.C.manda.l.ſi.⁊ de fun.patri.l.j.argu.ꝯ eſt al's.ſ.qꝛ nō eſt licitū gratis qd ꝑcio non liceret.vt ff.de ritu nup.palā.ar.ꝯ ad hoc.ff.de regu.iur.cuius eſt donandi.lꝫ al's dicatur ꝙ licitū eſt ꝑcio qd gratis non liceret.vt.ff.qui.mo.pig.vel hypote.ſol.ſicut.§.ſed ſi.et.C.de contra.iudi.l.vna.⁊.ff.de cōtrahen.emp.l.j.⁊.C.de admi.tut.l.nō omni.⁊.ff.de procura.l.procurator cul.ff.de pac.ꝯtra.§.vlti.ff.de do.l.fili⁹.⁊.C.ſi maior factus.l.fi.⁊ iſta generaliter ſunt in li.Py.qd aūt hic dicitur ſi inſimul ſteterint.intelligo maxime qꝛ idē intelligo ⁊ ſi nō inſimul dum tamē de cōi pecunia ⁊ dño ſciēte fuerit emptū/⁊ ita multū intereſt cuius pecunia feu.ematur.vnde hoc poteris repetere quod notauimus.ſ.qui feu.da.poſ.c.cum vero conradus.

i ¶ Domino ſciente.hoc aūt dictū eſt ne al's inuitus dñs alium ꝯ quē velit acquirat vaſal.vt.j.de fratrib⁹ de no.bene.inueſti.ca.ſi duo fratres.⁊ in cōi cauſa hic colligitur ꝙ ex certa ſciētia ſine ꝯtradictione ꝑſumit̃ dñs conſentire.ſicut ⁊ al's.vt.ff.d euic.qdā.⁊.C.d nup.ſi vt ꝓponis.⁊.ff.de reg.iur.q tacet.⁊ in ſumma vt i lib.diſpu.Py.ſcdo q̃terno.ij.char.Rub.ex ſcientia ſiue contradictione eiuſqꝫ cōtrario.licet contraria ſit ſequēs rubricella per id qd legitur.ff.qui.mo.pig.vel hypo.ſol.ſicut.§.non videtur.⁊.ff.de procu.filius.§.inuitus.cuz concor.ibi.ſeq.qd autē dicitur in fi.vel in hoſtē regis dicitur per.l.que eſt in lombar.de ſucceſ.ſi fratres poſt mortem ⁊c.

† Hec regula ē vera in oib⁹.vt.ſ.d natu.feu.d his q̃ fe.da.poſ.§.ſi ⁊ q̃.mo.fe.amit.i ꝑn.

f SJ qs miles.Reliquerit in ſucceſſione militis notabis ꝙ lꝫ inferiores nō relinquāt tñ fratres ex trāſuerſo admittunt̃ ⁊ dñs preponit̃ lꝫ in feuda alioꝝ fratrū fratres nō ſuccedant niſi fuerit ſpecial'r dictū.vt.j.ca.proxi.⁊.ſ.de feu.mar.ca.ſi duo.Uel qd eſt verius/idez in filioꝝ ſucceſſione:qꝛ in feudo antiquo loquit̃.⁊ hoc eſt qd dicit in bñficio patris ipſe ſuccedit ⁊c.Quid ergo erit ſi duo fratres inter ſe bona fratris diuidant:⁊ vni ſoli feudū eueniat qd erat antiquuz:nunquid ſine herede mortuo fratre ad quē deuenit deſertur fratri vel dño:Rñ.aut refutauit aut nō.ſi refutauit:vel ad hoc refutauit vt dñs eū de nouo inueſtiret:⁊ recte ad ipm dñm reuertitur.alioqn fratri.vt.j.de natu.ſuc.feu.ca.j.⁊.j.de eo qui ſi.fe.ag.de feu.pa.c.tres erant agnati.⁊.j.ſi de feu.contro.fue.c.tytius cum ſempronio.

g ¶ De beneficio fratris ⁊c.¶ Al's non eſt titulus.

k ¶ De feudo ſine culpa non amittendo.¶ Quidā non habent hic aliquam rubricam:ſed nos hac vtimur.

l Sancimus vt nemo miles.qd diximus de milite:idē i alijs hodie.vt.ſ.de nat.feu.in fi.ſimile legit̃.C.qui accu.nō poſ.l.ij.⁊.ff.qd metus cā.nō eſt veriſil'e.⁊ merito idē in illis alijs vaſal.quia eadē eſt hincinde ratio ⁊ equitas.vnde idez ius conſtituendum eſt.vt.ff.ad leg.aquil.illud.⁊.ff.de legi.⁊ ſenatuſcō.nō poſſunt.⁊.C.de libe.prete.vel exhereda.l.j.Accur.

m SJ qs miles.huic.c.quidā habēt tit.de ſucceſ.quo nō vtimur.

n ¶ Iuſſu.hic iuſſus pro conſenſu ponitur.ideſt ſine conſenſu.et voluntate dñi:⁊ notādum eſt in alijs idez qd in milite.vt in cōſti.fede.imperialem.⁊ idem de parte qd hic dr̃ de toto:ſcꝫ vt partē tm̃ aliena-

cõcubuerit[a] cũ vxore dñi sui dño viuente: vel ſi in pugna ſuũ domi num dimiſerit ꝛ cum eo[b] non la borauerit ſi potuerit.

Quo tẽpore miles iueſtiturã petere debeat[c]. Titu.xxij.

☞ Si miles infra annũ ꝛ menſem poſt mortẽ dñi nõ petat iueſtiturã ab ei⁹ here de: vel poſt mortẽ pr̃is a dño perdit feu dum. fallit in caſibus hic inſertis. Bar.

Sancim⁹[d] vt nẽo mi les vltra annũ[e] ꝛ mẽ ſem[f] vadat vt inue ſtiturã bñficij ſui a fi lio vl' ſucceſſore dñi ſui petat: vel poſt mortẽ dñi ſui vl' patris ſui vel alteri⁹ cui ſuccede re dꝫ: niſi iuſta cã iteruenerit q̃re non petierit: veluti mortis[g] / vel capitales inimicitie / vel iſantia[h] vel iuſta abſentia[i]: ꝛ ſic (vt ſupra dictũ eſt) nõ petierit dãnetur[k].

Si qs fecerit inueſtiturã vel cambiũ[l] de bñficio ſui mili tis ſine illi⁹ cõſenſu cuius eſt bñfi cium: pro nõ facto[m] habeatur.

☞ Miles non põt deueſtiri a dño ſine culpa ꝛ cauſa cognita ꝛ conuicta per lau damenta parium. Bal.

Sancim⁹ vt nemo miles adi mat de poſſeſſione ſui bñfi cij niſi cõuicta culpa q̃ ſit laudan da per iudiciũ pariũ ſuoꝝ ſicut ſu pra dixim⁹. ¶ Si autẽ dixerit mi les ꝙ ſui pares iniq̃ iudicaſſent: miles in poſſeſſione maneat[n] per ſex[o] hebdomadas: ꝛ ad noſtram veniat preſentiã cũ illis qui lau damentũ atqꝫ iudicium fecerint ꝛ ante nos diffiniemus.

De cõtẽtiõe iter dñm ꝛ vaſal lũ de inueſtitura feudi. Ti.xxiij.

☞ Si inter militẽ vaſallũ ꝛ dñm cõten tio ſit de inueſtitura dño deficiẽte in ꝓba tione vaſallo poſſidẽti defert iuſiurãdũ: dño autẽ poſſidẽte militi vaſallo incũbit ꝓbatio: eo aũt in ꝓbatione deficiẽte dño dabitur iuſiurandum. Bal.

Si quis miles[p] ĩ poſ ſeſſiõe[q] ſui beneficij fuerit: ꝛ dñs inueſti turã negauerit: mi les affirmet ꝑ iuſiu rãdũ ſi potuerit ꝙ ſuũ ſit bñficiũ ꝑ inueſtiturã dñi ſui: ꝛ ſi dñs poſ ſederit ꝛ miles ſic dixerit ꝙ inue ſtitus fuerit a dño ſuo: ꝛ dñs ne gauerit adhibeant̃ pares illius: ꝛ per ipſos inueniatur veritas: ꝛ ſi pares nõ fuerint: veritas inue niatur ꝑ dñm: quia nõ eſt bonum vt veritas denegetur.

Quemadmodum feudum ad filiam pertineat. Titu.xxiiij.

☞ Vaſallo defuncto ſine liberis filia nõ ſuccedit in beneficio patris: fallit hoc in duobus caſibus. Bal.

Si quis ſine filio ma ſculo mortu⁹ fuerit ꝛ reliquerit filiã: fi lia nõ habeat bñfi cium patris[r] niſi a domino redemerit. ſi autem do minus ei dare voluerit ꝓpter ſer uitium ꝛ amorem patris: non re uocetur ab vllo ex parẽtib⁹ ſuis neqꝫ damnetur.

Quibus modis feudum cõſti tui poteſt. Titu.xxv.

☞ Feudum ſine inueſtitura cõſtitui nõ poteſt. Bal.

Sciendum eſt feudũ ſine iueſtitura nul lo mõ ꝯſtitui poſſe: ẽt ſi dño iubente qs alicui⁹ rei noĩe feu di poſſeſſionẽ nanciſcat̃ ꝛ teneat licet tamẽ poſſeſſionẽ taliter ade ptã dum vixerit quaſi feudi noĩe retinere: herede eius in hoc iure[s]

tam amittat. vt.j. de vaſal. qui cõtra conſti. lotha. bene. alie. c.j.

a Cõcubuerit. iſtud ca. expoſitũ eſt. ſ. q. mo. feu. amit. in pñ. §. ij.

b Et cum eo. Not. verbum iſtud ꝛ ſoluit queſtionem quã fecimus. ſ. quibus mo. feu. amit. in prin.

c Quo tpe miles inueſti. ꝛc. ¶ Quidã nõ habent hic aliquẽ titu.

d Sancim⁹ vt ne mo miles. In quibuſdã cõſti tutionib⁹ non eſt ſancim⁹: ſꝫ ita ꝯtinua tur cũ ſuperiori. c. ꝛ cũ eo nõ laborauerit ſi potue rit ſꝫ vltra ãnũ ꝛ mẽſe ꝫ va dat vt iueſtitura ꝛc. ꝛ ita ſm̃ h̃ nõ dꝫ eẽ h̃ inceptio. c. nec rub. qđ eſt falſum.

Facit ad hoc Ange. in. l. ij. §. oc ciſori. in fi. ff. ad ſill. ꝙ eſt verũ ſi dñs cõque ſtus fuerit de eo. al's ſecus.

e Vltra annuꝫ. hoc de mũ tp̃s poſt ſcientiã cur rit: dũ tñ craſſa ꝛ ſupina ignorantia nõ ſit excuſa ta. puta ſi ignorauit ꝙ oẽs de ciuitate ſciãt. ff. de iur. ꝛ fa. igno. l. j. ꝛ. l. nec. ꝛ l. regula. ꝛ. ff. de cal. ann⁹ ꝛ not. de tali tpe expreſſi⁹ in. C. de re mili. l. j.

Tp̃s poſt ſcientiam currit.

f Et mẽſem. ſic ergo vi det̃ ꝙ per annũ ꝛ mẽſem poſſit miles differre peti tionem inueſtiture: qđ in alijs nõ obſeruat̃: imo ꝛ anno ꝛ die elapſo exclu dunt̃ alij dũ tñ ſint pube res. vt ĩ ꝯſtõne fede. impe rialẽ. §. ꝓterea. ꝛ hoc erit caſuale in milite / ſicut et alia caſualia notãtur cir ca militẽ q̃ hic enumera re eſſet ſuꝑfluũ. Vel forte corrigit̃ iſtud ꝑ ꝯſtõnẽ fe derici. ꝛ idẽ erit in milite qđ in alijs: velut ꝗ cõtu max a feudo ꝑuat̃ vaſal lus poſt ſpaciũ tãti tpis. ſic ꝛ alibi punit̃ ꝯtumax. vt. C. quoꝝ ap. non re. l. j. ꝛ de iudi. l. ꝓperandũ. §. cũ aũt. Sed pone ꝙ poſt annuꝫ ꝛ mẽſem ſm̃ vſum conſuetũ dñs vaſal. rece pit: nunqđ huic taleꝫ q̃ſi ingratitudinẽ videtur re mittere? Et certe vr̃ ꝙ ſic ff. de leg. comi. poſt diẽ. ꝛ de eo qđ cer. loco. l. fi.

g Veluti mortis. Nun quid ſi moriat̃ anteq̃ pe tat cuꝫ ſuꝑeſſent tm̃ duo vel tres dies de anno et mẽſe vel die dabitur here di ſuo tm̃ tp̃s dũtaxat q̃tum defuncto ſuperat: aut dabit̃ iterũ mẽſis ꝛ annus? Rñ. ne tu lector piger efficiaris q̃ras diligenter q̃ notant̃ in C. de tẽp. in integ. reſti. l. antepe. q̃ incipit: ea q̃. ꝛ oĩa poteris inuenire. licet videat̃ ꝙ illud tm̃ qđ ſuperat defuncto dari debeat. vt. C. de iudi. properandum. §. ſin autem. ꝛ. ff. de iudi. ſi iudex.

h Infantia. ſi habes ĩ lr̃a iſantia: tũc ceſſabũt ꝯ. vel anfractus. vt ptꝫ in ꝯſti. fede. j. ſi de feu. ꝯtro. fue. c. ſi minor. ſi habes ĩfamia: tũc q̃rit de cui⁹ ĩfamia ſit intelligẽdũ. nũqđ de infamia vaſ. an de ĩfamia do. ſi di cat̃ de ĩfamia vaſ. tũc vr̃ abſurdũ ꝙ ꝓpter iſtã ĩfamiã debeat iſtud ha bere ꝓuilegiũ: cũ poti⁹ debeat ei nocere delictũ ſuũ q̃ ꝓdeſſe. nimiruꝫ dolus ꝓpri⁹ nõ dꝫ aliquẽ releuare: neqꝫ ꝓpria temeritas alicui lucrati ua ꝯcedi. ff. ꝓ ſo. vex. §. tp̃s. ꝛ de dolo. l. j. ꝛ. l. nerati⁹. ꝛ. C. de epi. ꝛ cleri. oẽs. in fi. ne igit̃ ex delicto ſuo fructũ ꝯſequat̃ de vaſalli ĩfamia nõ loq tur. de dñi aũt infamia ſic. puta q2 dñs excõicatus eſt: ꝛ iõ cuꝫ dño va ſallus nõ hꝫ loq̃lã. in quo caſu etiã a ſacr̃o fidelitatis eſt abſolut⁹. vt in decretis cã. xv. q. vj. ali⁹. ꝛ. c. fi. ꝛ. j. ti. hic finit̃ lex: deinde ꝯſuetudines re gni icipiũt. c. j. vl' ita ĩtelligas ĩfamia. i. mala fama habita de dñi mor te. pone dñm vltra mare mortuũ: nec ſit fama de ei⁹ morte poſt annuꝫ ꝛ mẽſem: certe iſtud vaſallo nõ valet ĩputari. vñ apparet ꝙ hoc tp̃s ei a tpe ſciẽtie cedat. ꝛ ſm̃ hoc erit ei vtile ꝛ nõ ꝯtinuũ hoc tp̃s: ſed nũqđ hodie per. l. federici corrigitur? Reſpon. ibi determinabitur.

Excõicati vaſallus a fidelitatis ſacramento eſt abſolutus.

i Abſentia. puta cũ cã reipublice ſit abſens. nũquid ergo abſenti cã reipublice nõ currit tp̃s maxie ſi potuit ꝑ ꝓcuratorẽ adire dñm ꝛ nõ fecit. ꝛ vtiqꝫ currit ei: nec puto ei ſuccurrẽdũ h̃ caſu. ff. de mi. pap. exu li. ſꝫ vbi nõ potuit ꝑ ꝓcuratorẽ ſec⁹ eſt vt ibi nota. Vel forte vbi iuſta de cã abſens eſt: nec ꝑ ꝓcuratorẽ adire tenet̃: q2 nõ intelligit̃ abſens q legitimũ ꝓcuratorẽ relinquit. vt in pluribus ſtudioſus indagator po terit inuenire.

k Dãnet̃. diſtinguit̃ tñ ſi fuerit ꝯtumax vel nõ vt ſi ꝯtumax fuerit innẽtus quia noluit ſuire merito amittit feudũ. Sꝫ ſi dñs recepit ei⁹ ſuitiũ poſt an nũ vr̃ renũciaſſe iuri ſuo: ꝛ h̃ propter multas. ll. vt ar. ff. de recep. celſus. ꝛ. C. de vſu. q̃uis. ꝛ. C. de pac. inter emp. ꝛ vẽ. l. cõmiſſo rie. ꝛ. C. de iure do. impe. l. ij. ꝛ. ff. de va. ꝛ ex. l. pe.

l Si qs fecerit. Cam bium. lꝫ non poſſit alienare: nũquid locare? Itẽ nũqđ in feudũ dare? Itẽ nunqđ pignori obli gare? Hec ĩ ꝯſti. fede. no tabunt̃ annuẽte dño: ꝛ h̃ ĩtelligas verũ eſſe niſi to tam curiã alienauerit. vt ff. de fun. do. l. j. ꝛ in lom bar. de be. l. fin. ꝛ. j. de leg. con. §. ex eadem lege.

m Pro non facto. hoc intelligo dũ ſuperit vaſal lus verũtñ eo decedẽte co git̃ dñs adimplere ꝓmiſ ſum: ꝛ tunc demũ incipit inueſtitura effectũ habe re. qđ ĩtelligo tm̃ đ eo mi lite q ſucceſſionem feudi nõ hꝫ. alioq̃n ꝓ nõ facta habet̃ iueſtitura. vt. j. ſi đ feu. ꝯtro. fue. c. morib⁹. et de feu. da. in vim le. com miſſorie. ſi qs inueſtierit. ſꝫ ibi aliud notabit̃ vt in lombar. de bene. l. fi.

n In poſſeſſiõe mãeat. ꝛ merito: q2 debẽt in ſuo ſtatu oĩa permanere poſt ap. C. de ap. l. iiij. qđ ĩtel ligo niſi fuerit res mobi lis ꝛ pſona poſſidens ſu ſpecta ſit nec ſatiſdat vel etiã ſi res a poſſidẽte po ſtularet̃. arg. C. q̃ ap. non reci. l. ab executore. ꝛ. ff. đ ap. imperator. §. fi. ꝛ q ſa tiſ. cog. ſi fideiuſſor. §. fin. qđ autẽ dr̃ in fi. ca. ſ. ante nos diffiniem⁹. ſic intelli git̃. ſ. ſi ambo ſint vaſalli principis curie. alioq̃n ille ad quẽ appellaue rit cãm appellatiõis ſine debito determinabit. ꝛ al's ĩ tex. eſt diffiniet̃.

o Per ſex. Sed nũqđ cõtinuũ vel vtile eſt h̃ tp̃s? intelligo ꝙ vtile ſit iſtud q̃le eſt illud qđ ĩdulget̃ appellãti. Et no. ꝙ detrahit̃ huic. l. ꝑ con ſuetudinẽ: q2 gñal'r appellãti ĩdulget̃ ann⁹. vt ĩ aut. de his q ingre. ad ap. col. v. Vel etiã dic ꝙ hic nõ negat̃ illud: ſꝫ dr̃ ꝙ ĩfra ſex hebdoma das ſe dꝫ repſentare: ĩmo hoc ſpaciũ hꝫ anteq̃ iter arripiat: ꝛ hoc ĩtel ligendũ eſt de maioribus valuaſorib⁹. vt in lombar. de bene. l. fi.

De contentione inter dñm ꝛ vaſal. de inue. feu.

p Si quis miles. al's inueni talem glo. loco iſto. vacat iſtud ca. propter inferius ca. ſi inter dominum.

q In poſſeſſione. qđ in iſto. c. ꝯtinet̃. ſ. poſſeſſorẽ debere iura re nõ eſt indiſtincte ſic ĩtelligẽdũ. ſꝫ ſicut diſtinguit̃. j. de con ſuc. re. feu. c. ſacr̃m nõ ſemp. ꝛ notabit̃. j. ſi de iue. inter do. ꝛ vaſ. lis ori. c. j. qđ auteꝫ in fi. dr̃ non eſt relinquẽdum. ſ. q2 nõ eſt bonum vt veritas deneget̃. ſimile in. C. de appel. eos qui. §. j.

Quẽadmodũ feudum ad filiam pertineat.

r Si qs ſine filio. Bñficiũ pr̃is. ĩtelligo niſi pactũ interuenerit vt ꝛ filie ſuccedãt. vt. ſ. de ſuc. feu. §. filia vo nõ ſuccedit.

Quibus modis feudum cõſtitui poteſt.

s Sciendum eſt. Hoc iure. et al's hoc iure. et al's hac in re nullo ꝛc.

Succedente.

UNIVERSIDAD DE HUELVA 2010

nullo mõ ei ſuccedẽte[a]. ¶ Si dñs qui inueſtiuit forte ſit clericus[b] ⁊ cõtigerit vt ante moriat̃ q̃ȝ vaſallus poſſeſſionẽ feudi nanciſceret̃: exinanit̃ feudũ. qȏ gñal'r in oib⁹ clerici / q feudũ dant obſeruatur.

## Si de inueſtitura inter dñm ⁊ vaſallũ lis oriatur[c]. Tit. xxvj.

Si inter dñm[d] et vaſallũ lis oriat̃ de inueſtitura feudi dño. ſ. inueſtiturã[e] ſe feciſſe negãte: ſi teſtibus res ꝓbari non poterit poſſeſſoris ſacr̃o res decidat̃: idem ⁊ in eorũ ſucceſſorib⁹ obſeruat̃. ſi v̾o teſtes interfuerint ⁊ eos vaſallus ad teſtimoniũ vocauerit eorũ teſtimonio cũ ſacr̃o credatur. Teſtes v̾o ſint pares ei⁹ ⁊ qui ab eodeȝ dño feudũ teneãt: q ſi tp̃e inueſtitiõis abſuerint: ẽt extranei ſũt recipiẽdi. q etiã ſi veritatẽ celare voluerint forte amore vel p̃cio vel alia q̃libet ex cã / a comite[f] vel a pp̃lo iurare cõpellãt̃ ꝙ ex ea cã falſitatem nõ dicãt: nec vera ſciẽtes tacebũt. Nis em̃ nõ cogentib⁹ eos vaſallus cũ ip̃o dño ad ĩpatorẽ[g] ire feſtinet / eiq̃ȝ cãm ĩtimet: ⁊ qȏ imperator inter eos iudicauerit / obſeruet̃[h]. Si aũt ſe venturũ vel nunciũ miſſurũ vaſallus ꝓmittat ex quo ꝓmiſerit vſq̃ȝ ad annum[i] q̃ete poſſideat. Si v̾o ad regẽ nõ venerit vel nõ miſerit ĩfra annũ[k] dñi ſacr̃o cã finiatur. Et ſi teſtes ſacr̃o[l] iaȝ dicto p̃ſtito ſe nõ interfuiſſe dixerint: dñi ſacr̃o q̃ſtio terminet̃. Nec oĩa etiã in clericoꝝ[m] pſonis locũ habent p̃terq̃ȝ qȏ de pſonis teſtiũ dictũ eſt. In clericorũ feudo pariter accipiunt̃ pares ⁊ extranei. hoc ideo q̃ cuȝ clerici quoſdã de feudo inueſtiunt: ſepe abſconſe ⁊ ſine preſentia ſuoꝝ cõfratrum hoc facere ſtudent.

Orta contentione inter dñm ⁊ vaſallum ſi vaſallus dicit ſe vel patrem ſuum inueſtitũ debet ꝓbare p teſtes ſaltẽ duos ſuam intentionẽ ⁊ eo in ꝓbatione deficiẽte defertur ſacramentum dño poſſidẽti qui iurabit cum. xij. ſacramentalib⁹: ⁊ eo nolẽte iurare defert̃ actori q iurabit etiã cum. xij. ſacramẽtalib⁹. vtroq̃ȝ autem nolente iurare dñs poſſeſſor abſoluit̃. vaſallo autem poſſidente ſi poſſidet per annũ ſciente dño ⁊ nõ cõtradicente ſolus dȝ iurare ſine alijs: al's aũt nõ. h. d. Bal.

Si q̃s[n] ſe vel p̃reȝ ſuũ ab aliq̃ defuncto vel patre ei⁹ de feudis ĩueſtitũ eſſe cõtẽderit: niſi p duos pares[o] de domo ipſi⁹ dñi ꝓbauerit qȏ intẽdit: vel ẽt cũ pares abſunt per alios[p] idoneos duos teſtes[q]: tũc in electiõe dñi eſt vtruȝ velit iurare[r] cũ. xij. ſacramẽtalibus illũ q feudũ q̃rit p ſe vel p̃reȝ eius ſi de hoc q̃rat̃ de ipſo feudo inueſtitũ nõ fuiſſe. Q̃ ſi iurare noluerit actor iuret cũ. xij. ſacramẽtalib⁹ ſe vel patrẽ ſuũ inueſtituȝ fuiſſe. ꝙ ſi iurare[s] noluerit / q conuenitur eſt abſoluẽdus[t]. Scdm̃ enim morẽ mediolanenſium hec ſacramenta preſtãda[v] ſunt tam a filijs actoris vel rei q̃ȝ ab ip̃is p̃ncipalibus perſonis. Si autẽ aliquis in poſſeſſione feu. ſit de quo dñs dicit eũ inueſtituȝ non fuiſſe / tunc ſine probatione vlla teſtiuȝ debet ſolus[x] iurare ſe vel patreȝ ſuum fuiſſe inueſtitũ. Hec autem ſunt ita tenenda ſi per vnũ annuȝ ſciente[y] dño ⁊ nõ cõtradicente in poſſeſſione feudi permãſit. Alioquin iuſta ignorãtia vel parui tẽporis negligẽtia cũ inique poſſeſſionis periurio quandoq̃ȝ dño in poſſeſſione damnum affert.

a ¶ Succedente. in hoc ca. videtur abſurdũ. ſ. ꝙ heres excludat̃ quãdo dñs poſſeſſionẽ in vaſallũ trãſtulit: igit̃ inueſtiturã feciſſe videtur q̃ ꝓprie inueſtitura poſſeſſio appellat̃. arg. j. eo. quid ſit inueſtitura. c. ij. nã vnuſq̃ſq̃ȝ ſibi ⁊ ſuis heredibus ꝓſpexiſſe videt̃. vt. j. de duobus fra. a capita. inueſti. c. duo fratres. ⁊ hoc verũ eſt ſi heredis mẽtio habita nõ eſt. vt. ff. de ꝓba. ſi pactum. ⁊ aperte ꝯtradicit̃. j. de conſue. re. feu. c. ſciendũ. Py. tñ de hoc dicit vt in ſumma nota.

b ¶ Forte ſit clericus. iſtud ſatis expoſituȝ eſt. ſ̃. ti. q ſucceſ. teneant̃. ⁊ ĩ alio ti. hic põt eſſe titulus q ſucceſ. teneã. ⁊. j. dicetur.

c ¶ Si de inueſti. inter dominũ ⁊c. ¶ Al's ti. qualiter iudiciuȝ feudi ſit examinãdũ. q̃ nõ vtimur.

d Si inter dñm. Orta cõtẽtiõe inter dñm ⁊ vaſallũ deficiente probatiõe poſſeſſoris ſacramento cã diffiniet̃: ſed ſi teſtes ĩterfuerint dȝ fieri p teſtes ꝓbatio: q ſi veritatẽ dicere recuſant: debẽt cogi a comite vl' a populo vel ab impatore ad quẽ accedere dȝ vaſallus cũ iuſſu dñi: ſȝ iterim q̃ete poſſidet vſq̃ȝ ad annũ: ſȝ ſi interim nõ iuerit p ſe vl' p aliũ: dñi ſacr̃o cã decidet̃. in clericoꝝ aũt inueſtitura oẽs teſtes pariter admittunt̃. h. d. Bal.

e ¶ Inueſtiturã. Sȝ de q̃ inueſtitura intelligit̃ qȏ hic dr̃: q̃ro vtruȝ de noua an de veteri: Rñ. de veteri: q̃m de noua nõ audiũtur teſtes niſi ſint de paribus: imo dȝ p breue teſtatũ ꝓbari. in q̃ ẽt caſu ſm̃ q̃ſdã nõ valet ĩueſtitura: q̃ de ſolẽnitate deeſt ĩ cõſti. feȏ. feudi. vt. j. q teſteſ ſunt ne. ad ꝓbã. no. ĩue. c. j. vel ẽt põt intelligi illud q̃n p̃ntes ſunt pares tp̃e inueſtiture. nã ſi tũc abeſ ſent: ⁊ tũc ẽt ex̃nei p̃nt recipi ſm̃ ꝙ h̃ vr̃ dici ĩ v̾bo illo qd ſi tp̃e inueſtitiõis abſuerũt ⁊c. qȏ falſuȝ eſt: q̃m ſi abſunt expectandi ſunt. vt. j. de ꝯſue. re. feu. c. ſciẽdũ. qȏ aũt hic dr̃ intelligo q̃n dñs pares nõ hȝ vt colligit̃ in p̃dicto. c. ſciẽdũ. vñ qȏ hic dr̃ qd ſi tp̃e ĩueſtiture abſuerint. ĩtelligas. i. ſi tp̃e ĩueſtitõiſ pares dñs hũerit. nã ſi pareſ nõ habuit ẽt ex̃nei ⁊c. ⁊ qȏ ibi ſeq̃t̃ v̾itatẽ celare voluerit. ẽ notabile v̾bũ. nimiruȝ q v̾itatẽ dicere nõ vult nocere deſiderat. vt ĩ decre. cã. xj. q. vlti. c. q̃ſq̃s.

Veritateſ celans nocere deſiderat.

f ¶ Qualibet ex cã a comite. Sed iſtud notãdũ ꝙ gradatim faciẽda eſt poſtulatio. ſ. de minore iudice ad maiorem iudicem.

g ¶ Ad imperatorẽ. nã primo ĩuocat̃ curia: poſtea comes: deinde pp̃l's poſtea imperator. ſic etiã procedit a pp̃lo. in aut. de ap. col. iiij. §. vlti. lȝ videat̃ ſ̃. ff. de ꝯſti. p̃n. l. j. ⁊ inſti. de iure na. gẽ. ⁊ ciui. §. ſȝ ⁊ qȏ p̃ncipi. nã ibi ĩuit̃ ꝙ maior ſit pp̃l's impatore cũ ab eo poſſit degradari. lȝ in cõtrariũ barbarius philippus dicat. ſ. plus poſſe imperatorem. vt. ff. de offi. preto. l. barbarius philippus. Accurſius.

h ¶ Obſeruet̃. ⁊ merito. q̃ qȏ p̃ncipi placuit legis hȝ vigorẽ. vt inſti. de iu. na. §. ſȝ ⁊ qȏ p̃ncipi. ⁊. ff. de ꝯſti. p̃n. l. j. ⁊ inuenit̃ errorẽ principis ius facere. vt. ff. de ali. ⁊ ciba. leg. l. iij. in fi. ſȝ ⁊ qȏ comes vtpote loco p̃ſidis ſtatuit ex neceſſitate ſeruandũ eſt. vt. C. vbi pu. edu. de. l. j.

i ¶ Uſq̃ȝ ad annũ. ⁊ eſt illud mirabile ꝙ ann⁹ vaſ. indulget̃ ad p̃ntandũ ſe: cũ tm̃. vj. hebdomade cõcedãt̃ ſuperiorib⁹ appellationib⁹. vt. ſ̃. quo tẽp. mi. in. pe. de. c. iij. §. ſi aũt dixerit. ⁊ in lõ. de he. l. vl. Sȝ iſtud cur cõtingat is inquirat quẽ labor mũdi exagitat cũ maxime ſpaciũ noueȝ menſiũ ſeptẽtrionalib⁹ hoĩbus ad ſe repſentandũ iudici legũlatorib⁹ videtur ſufficiens. vt in aut. vt oẽs ob. iudi. §. ſi igitur. colla. v.

k ¶ Infra annũ. ⁊ ſic p totũ annũ quiete debet poſſidere vaſallus. licet ĩfra ãnũ ſe debeat repſentare. ⁊ eſt no. ꝙ hic poſſeſſori ꝓbatio incũbit. ſed ĩtelligo ꝙ aliud p dño faciebat. vt. j. dicit: ꝙ ſi teſtes ſe nõ ĩterfuiſſe dixerint ꝙ ſacramẽto dñi cauſa finitur. ⁊ intelligo ꝙ hoc ſacramẽtuȝ ad cautelã dño detur cuȝ is in probatione deficiat qui ꝓbare tenetur. ſicut not. in. C. de re. cre. ⁊ iure iur. in bone. ⁊ hoc conſonat ei qȏ legit̃. j. de ꝯſue. re. feu. c. ſacramentum.

l ¶ Sacramẽto. ſi habes non tunc ſimiliter debes habere in lr̃a dñi ſacramento / alioquin non.

m ¶ In clericorũ. Hic colligit̃ ꝙ ex perſonarũ q̃litate ⁊ differentia licitum deprehẽdit̃ qȏ al's non liceret. vt no. ſ̃. de nat. feu. circa p̃n. qȏ aũt dr̃ hic de clericis. ſ. ꝙ feu. da. p̃nt. cognati tñ excipiũt̃ quibus dare ꝓhibet̃. vt. C. de ſa. ſan. ecc. iubemus. aut. q̃buſcũq̃ȝ. lȝ poti⁹ hodie agnatis q̃ȝ ex̃neis hmõi bñficia a clericis cõcedãtur: nec ſibi p̃nt acquirere duȝ adminiſtrãt. vt. ff. de ꝯben. emp. non lȝ. ⁊ de offi. ꝓcõ. ſolẽt. §. vlti. Itẽ in iſto. §. notare lȝ ⁊ notabit̃ in inferiori p̃xi. §. ꝙ inopia ꝓbationum emergẽte licitũ dep̃hendit̃ qȏ al's eſſet illicitũ. vt no. ſ̃. de ꝯtẽ. inter do. ⁊ vaſ. de inueſti. feu. circa prin.

Licituȝ facit ex illicito pſonaꝝ qualitaſ ⁊ differẽtia.

n ¶ Si q̃s. quidã huic ca. hñt gl. taleȝ. vacat hoc. c. ꝓpter inferius ſi duo.

o ¶ Pares. hic no. duos teſtes ſufficere ad inueſtituraȝ ꝓbandã: ⁊ merito: q̃ vbi numerus teſtiũ nõ exigit̃ duo ſufficiunt. pluraliſ em̃ locatio duoꝝ numero ꝯtẽta eſt. vt. ff. de teſti. vbi. vñ dñs in euãge. In ore duoꝝ vel triuȝ teſtium ſtat omne v̾buni. ⁊ extra de teſta. relatum.

p ¶ Per alioſ. ecce qȏ plene notauimus vel inopia ꝓbationum emergente.

q ¶ Duoſ teſtes idoneos. cũ pares abſunt. vt. ſ̃. eo. c. j. ⁊ de h̃ dic vt ibi notauimus. qȏ aũt de domo. i. de curia intelligo ne forte domeſticis teſtib⁹ fides improbet̃. vt. C. de teſti. parẽtes. ⁊. l. aduerſus. ⁊. l. etiã. q̃ñq̃ȝ tñ ⁊ domeſtici admittunt̃. C. d̾ repu. l. ꝯſenſu. §. fi. ⁊ hoc eſt qȏ dicit niſi p duos pares. Accur.

r ¶ Iurare. ecce qȏ ꝓpe no. inopia ꝓbationum emergente ⁊c.

s ¶ Q̃ ſi iurare. Quid ergo ſi nec iurat nec ſe iurare velle recuſat: Rñ. intelligo ꝙ iudex debet ſtatuere tẽpus infra qȏ iuret ſi vult dñs: quo trãſacto in vaſallũ trãſferatur electio lȝ anteq̃ȝ iuret etiã die trãſacto poſſit adhuc iurare dñs. vt arg. ff. de lega. j. cum res. ⁊. C. cõia de leg. ſi duob⁹. §. ſed ſi quis. ⁊. ff. de op. lega. mancipiorũ.

t ¶ Abſoluẽdus. nimirũ actore nõ ꝓbãte vel q̃ſi ꝓbãte abſoluit̃ re⁹: ⁊ ſi nihil p̃ſtiterit obtinere dȝ. vt. C. de eden. q accuſare. q̃ſi ꝓbante. iȏ dixi: quia iuſiurãdũ loco ꝓbationis cedit. imo q̃ſi probatio dr̃. C. de re. cre. actori. ⁊. ff. de iureiurã. nõ erit. §. dato. ⁊. l. ſȝ ⁊ ſi. §. fi. ⁊. l. tutor.

Iuſiurãduȝ q̃ſi ꝓbatio dr̃.

v ¶ Preſtãda. tam a filijs. ⁊ merito q̃m pſona patris ⁊ filij vna eſſe ĩtelligit̃. C. de impube. ⁊ ali. ſub. l. vl. ⁊ inſti. de inuti. ſti. §. ei qui tuo. ⁊ vnũ eſt ſacr̃m teſtatoris ⁊ heredis. vt in aut. de iureiur. a mo. preſti. in prin. lȝ alibi dicatur ꝙ multũ diſcrepet iuſiurã. hereditariũ a principali ſacramento. C. de re. cre. ⁊ iureiuran. l. generaliter. in prin.

x ¶ Debet ſolus. intelligo ſm̃ diſtinctionem que fit. j. de conſue. re. feu. ca. ſacramentum.

y ¶ Sciente. hic ſumitur ꝙ patiẽtia ſine contradictione habetur ꝓ ex-

**De feudo dato invicem legis cōmiſſorie reprobādo. Ti. xxvij.**

☞ Feuduʒ nō poteſt cōſtitui ſub pacto legis cōmiſſorie: quia nō ſub pretextu pecunie: ſed amore dn̄i dandum eſt. Bal.

Si quis obligauerit aliquam rē pignori eo pacto[a] vt ſi ſtatuto tp̄e pecunia ſoluta nō fuiſſet res eſſet creditoris: ⁊ eaʒ ꝓ feudo habeat: pōt debitor qn̄cunqʒ[b] pecuniam ſoluendo pacto non obſtante[c] pignus recuperare: feudum eñ nō ſub pretextu pecunie: ſed amore ⁊ honore dn̄i acquirendum eſt.

Si quis inueſtierit aliquem de feudo ſui militꝫ: viri placentini prorſus afferunt hanc inueſtituram non aliter valere niſi eo conſentiēte[d] cuius erat feudū: mediolanenſes ⁊ cremonēſes nihil diſtare aſſeuerāt vtrū eo ſciente vel ignorāte: dummodo eo viuente nullum detrimētum de feudo ſuo ſibi cōtingat. Hoc autem dicendū eſt de eo milite qui feudi ſucceſſores[e] non habet.

**De vſu mediolanenſium ſm̄ quoſdam. Titu. xxviij.**

☞ Filio militis dicēti patrē īueſtitū de pignore. ⁊. xxx. an. nomie feudi poſſediſſe deferť iuſiurādū vt iuret cū duodeciʒ ſacramētalib⁹ forma h̄ tradita: ſʒ eo nolēte iurare deferť filio dn̄i. q ſi iurare recuſet cogiť filiū militis īueſtire. h. d. Ja. de bel.

Quidā obligauerat[f] terrā quādā ſuo militi: deīde cū fili⁹ ſui dn̄i longū poſt tp̄s[g] pecuniaʒ offerendo pign⁹ liberare voluiſſet: fili⁹ militis ꝯtēdebat patrē ſuū a dn̄o ſuo defuncto de p̄dicto pignore inueſtitionem feudi accepiſſe: vñ viri prudentes mediolanēſes interrogati laudauerunt in electione filij militis eſſe cum. xij. ſacramētalibus iurare patrem ſuum[h] vel ſe a domino ſuo per inueſtituraʒ predictam terram tenuiſſe: ita vt per. xxx. annos[i] cōteſtatio pignoris a parte domini aduerſus ip̄m vel patrem ſuum facta nō fuiſſet. Si autēʒ ipſe iurare noluerit filius defuncti domini neceſſe habet iurare cū. xij. ſacramētalibus defunctū militem inde per feudū inueſtitū non fuiſſe. Qꝫ ſi ita iurare recuſet: inueſtire ipſum filium militis domini fili⁹ de iam dicta terra per feudum debet.

**Incipit liber ſecundus.**

**De feudi cognitiōe[k]. Titu. j.**

☞ Cauſe generalr̄ aut decidūť iure romano/aut legib⁹ longobardoꝝ/aut ꝯſuetudine: ſed cauſe feudales deciduntꝯ ꝯſuetudine q̄ vincit legē in hac parte: lʒ ꝯtriuʒ dici ſoleat. cōſuetudine autem deficiente decidi poſſunt etiam lege ſcripta. Bal.

Obertus de orto anſelmo filio ſuo dilecto ſaluteʒ. Cauſarū quaꝝ cognitio frequenter nobis cōmittitur: alie dirimūtur iure romano: alie vo legib⁹ longobardoꝝ: alie aūt ſm̄ regni cōſuetudinem: que qꝫqꝫ ſint varie qꝫqꝫ ſm̄ diuerſoꝝ locoꝝ aut curiaruʒ mores ſint diuerſi nec breuiter pōt dici: nec h̄ libello facile cōprehēdi: vſum tamen feudi qui in noſtris partib⁹ obtinet ꝑut poſſibile eſt exponere tibi neceſſarium duxi. In iudicio etenī qđ de feudis agiť: illud legibus noſtris ꝯtriū dici ſolet. legum aūt romanoꝝ nō eſt vilis auctoritaꝫ: ſed nō adeo vim ſuam[l]

---

preſſo cōſenſu. ſil'e eſt qđ dr̄ de coheredib⁹ qui preſentes paſſi ſunt vnū coheredē totā hereditatē vēdere ⁊ p̄ciū acceperūt. nam ⁊ ipſi videntur ſuas partes vēdidiſſe. vt. ff. de eui. qdā. idē quoqʒ dr̄ de liberto q paſſus eſt dn̄m rē vēdere cū ꝓ ipſa parte preciū ſoluiſſet. ff. māda. ſi vo. §. inde papinianus. nā ⁊ pater videť approbaſſe matrimonium filij ſui cum ip̄m ꝯtrahentē nō prohibuit ſciēs. vt. C. de nup. ſi vt proponis. idem dicas de cōtractu filij. vt. ff. ad mace. ſi fili⁹. ſed vt magr̄ nauis vr̄ illū naui ꝓpoſuiſſe quē in miſterio ſungi voluit nec ꝯdixit. vt ff. d exerci. l. j. §. magr̄. idē q̄ʒ de eo dr̄ q miſit ſtillicidiū ſuū in alienis edibuſ ſciente eo ⁊ nō ꝯdicēte cū emerat ad h̄. vt. ff. ſi ſui. vēdi. ſi a te. ſʒ ⁊ ſi paſſus fuero te ī meo ſepulchro edificare ⁊ me ſciēte mortuum tuū intuleris aliū poſtea te inferentē ꝓhibere nō potero. vt. ff. d mor. infe. ſi ꝓprius. §. fin. nam ⁊ ſi ego dn̄s horreorū ꝓpoſitū habeo aurū ⁊ argētuʒ ⁊ margaritas meo noīe ⁊ periculo nō recipere ⁊ me ſciente has res in horreis īduxeris: videor a ꝓpoſito receſſiſſe. vt. ff. loca. ⁊ ꝯdu. cū in plures. §. locator. ſʒ ⁊ lʒ in inſtr̄o nō ꝯtineať poſſeſſionem fuiſſe traditam: ſi dn̄o tn̄ ſciēte tu emptor poſſediſti diuti⁹ eā tradidiſſe intelligiť. C. de acq. poſ. l. j. ⁊. ij. nā ſi dn̄s ſciat ſuum ſuū militare vel aliquā dignitatē habere ⁊ ip̄m nō reuocet: vr̄ ꝯſentire ⁊ ingenu⁹ efficiť. C. qui mili. nō poſ. l. pe. ⁊ vlti. Iteʒ ſi nō ꝯdixerit ſuū ordinari clericū cū ſciebat. vt ī aut. de ſan. epi. §. ſi ſeru⁹. col. ix. hic ḡ ſciētia ſiue patiētia ſine ꝯdictione ꝓ ꝯſenſu accipiť. ſʒ itelligo ſicut expoſitum eſt. s̄. qui. mo. feu. amit. §. preterea.

Patiētia pro cōſenſu habeť.

**De feudo dato ⁊c.**

a Si qs. Pacto. hoc. §. dicitur expſſe ꝙ nō pōt feuduʒ acquiri ſm̄ pactum. l. cōmiſſorie occaſione pignoris. ⁊ eſt ratio: qꝛ in pignoribus oībus reprobata eſt lex cōmiſ. C. de pac. pig. ⁊ le. cō. l. j. ⁊. ij. Sʒ qd erit de tali pacto: putā vēdo tibi domū pro centū aureis: ⁊ niſi ſolueris integrū p̄ciū retinebo poſtea in feudū: ⁊ ſoluis medietatē plus minuſve: qd iuris erit: nūqd licitū eſt pactū? R̄n. vr̄ ꝙ hoc pactū ſit licitū: qꝛ in traditiōib⁹ rerū ſuaꝝ quodcūqʒ pactū apponať valere dʒ. ff. de pac. in traditiōib⁹. nā ⁊ ſi nō expediat dn̄o taleʒ vaſ. hēre: tn̄ pōt pactū valere ff. de ſui. ei fundo. maxime cū iſtud pactū nullā ꝯtineat turpitudinē. idcirco vr̄ valere. Sed ꝯ eſt qđ ſequiť ſtatim. ſ. feudū eñ nō ſub p̄textu pecunie: ſʒ amore ⁊ honore dn̄i acqriť. vt no. s̄. pōt ergo diſtigui vtrū voluerit dn̄s totā domū ꝓ feudo teneri. an ꝓ ea tm̄ parte ꝓ q̄ p̄ciū nō eſt ſolutū: vt in p̄mo caſu nō valeat: ſcd̄o teneat pro parte illa. lʒ hodie ſub p̄textu pecunie multa feuda acquiranť. Sed qd erit ſi debitor cuꝫ ſuo fideiuſſore pactū fecerit ꝙ niſi ſoluerit creditori ſuo: ⁊ niſi eū liberauerit vſqʒ ad certū tēpus: ⁊ ſi fideiuſſor ſoluerit pro eo poſtea ꝙ habeat ipſum pignus ꝓ feudo: nunqd valet pactuʒ? Et videtur ꝙ ſic. ff. de cōtrahen. emp. l. ſi. licet prima ratio videtur refragari.

